

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 2. De actibus diuinæ voluntatis prædestinantis, eorumque ordine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

tum habet notitiis supra dictis, virtualiter aut formaliter practicis, dirigentibus intentionem suam, electionem mediorum, & usum huius applicationem & executionem. Vtrum vero notitia illa practicae imperium vocari possint, aut debantur, alio sensu quam supra explicato? quæstio est de nomine & nullius momenti.

7. Dico tertio, Aliquam scientiam visionis, seu de rebus in aliqua temporis differentia absolute extiturus, fuisse ratione priorem omni decreto nostra prædestinationis: ad completam verò prædestinationem, multiplicem aliam scientiam visionis fuisse præsuppositam.

Prima pars probatur, quia supposito (quod in tractatu de Incarnatione probabimus) Christum fuisti primò prædestinatum, certosq; omnes propter ipsum eiusque merita prædestinari: Christus ut præuisus, eiusque merita ut præuisa, sunt ratione priora tota nostra, prædestinatione adæquatè sumpta. Quia sunt motuum voluntatis diuinæ, propter quod gloriam nobis intendit, & procurat per media idonea. Hoc autem Christo singulare est. Nam ex parte ipsius prædestinati, vel aliorum, nihil est quod absolute præuisum fuerit causa totius sua prædestinationis. Potest tamen unus prædestinatus esse causa prædestinationis, completa alterius, ut dicam paulo post.

Dices nonnullos nasci ob preces sanctorum, quorum intercessionibus parentes illi à Deo impetrant. Ergo sancti qui sunt causa ut sint, sunt etiam causa in radice ut Deus illis gloriam intenderit, & reliquorum quæ sequuntur ex illa intentione; ac proinde totius eorum prædestinationis adæquatè sumpta.

Respondeo non esse causam antecedentis illius intentionis generalis, quā Deus confusè pro illo signo rationis, voluit gloriam omnibus hominibus quomodo cunq; & quacunq; ex causa futuris. In qua intentione confusè comprehēdebantur homines illi, sanctorū precibus impetrādi. Imò neque propter hoc præcisè quod impetraverint ut nascentur, esse causas prædestinationis ipsorum formaliter & per se: sed tantum illas causas, ut sint in rerum natura, eodem modo quo si nulla esset prædestination. Aliunde vero est quod Deus omnes creature intellegentes ad gloriam destinet. Addo simili argumento probatum iri, eos qui peccato suo fornicationis, adulterij, sacrilegij, sunt causa ut aliqui nascantur, esse pariter causas totius eorum prædestinationis, quod absurdissimum est.

Sunt qui putent scientiam visionis de persona prædestinanda, præsupponi necessariò ipsius prædestinationi: eo quod natura præsupponitur gratiæ & subiectum, formis accidentalibus. Sed falluntur, quia licet ordine executionis natura præsupponatur gratiæ respectu eiusdem, & subiectum præsupponatur formis accidentalibus: potest tamen ordo intentionis esse diversus, ita ut Deus

intendat homines creare propriæ gloriæ, & velit eos esse ut beati sint, & cum Christo in perpetuum regnent. Ac licet non possit desiderari alicui gloria & beatitudo, absque eo quod ipse includatur in obiecto, talis desiderij, & actus simul tendat in utrumque, multate in quo: potest tamen in obiecto esse ordo à quo: ita ut quamus simul eodem

actu, indubitate expetantur: nam tamen propter aliud expetatur: id est, unum ex se appetatur, & sit alteri ratio cur appetatur.

Secunda pars conclusionis, quod scilicet multiplex scientia visionis presupponatur ad prædestinationem completam, probatur quia Deus non compleat prædestinationem, id est, absolute & efficaciter decernit dare gloriam, nisi præuiso bono statu finali, & usu mediorum vel auxiliarum salutis. Nem non decernit efficaciter infundere fidem, & alios habitus supernaturales, ac remittere peccata & iustificare, nisi præuiso bono usu Sacramentorum, vel actibus supernaturali bus, quibus ad hanc sufficienter disponimur. Neque decernit efficaciter augmentum gratiæ & gloriæ, nisi ræuis meritis, aut alijs causis augmenti. Quidam etiam media & auxilia salutis dare non decernit efficaciter, nisi præuiso usu bono mediorum & auxiliarium ante collatorum, vel ob preces nostras, aut aliorum pro nobis oratim. Possunt enim alii alijs imperare à Deo, ut efficacius vocentur & convertantur, vel ut perseverent, atque etiam eximia gratia beneficia consequantur. Juxta illud vulgatum, Si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Et istud Iacob. 5. v. 16. Oratio pro inuicem & saluemini, mutum enim valet deprecatio iusti assidua apud Deum.

## SECTIO II

De actibus divinae voluntatis prædestinantis, eorumque ordine.

Actus divinae voluntatis ad negotium prædestinationis pertinentes, generaliter duo sunt: intentio finis, & electio mediorum. Atque enim duo qui videntur quibusdam esse isti addendi, nempe voluntas efficax & absoluta saluandi eos qui prævidentur esse habituri conditions necessarias, & usus seu applicatio potest ad exhibenda media in tempore, exequendumque totum decretum: illi, inquam, non differunt intrinsecè à prioribus; sed tantum per comparationem ad aliquid ipsis extrinsecum. Nam intentio antecedens inefficax & conditionata pro illo signo rationis antecedente prævisionem operum vel boni status finalis, est absoluta & efficax posita, prævisione conditionis necessarias absolutè futaræ. Electio quoque mediorum, id est, voluntas efficax, quam Deus habet ab æterno conferendi suo tempore hanc illa media mouet seu applicat potentiam executivam, id est, omnipotentiam diuinam, ut ea conferat suo tempore: ut ostendimus disp. 11. sect. 7. n. 59.

M m

Tomus I.

12. Hoc supposito quæritur primò, virum sit ordo rationis inter actus supra dictos? Negant aliqui existimantes ne ratione quidem distingui: quia, inquit, omnis imperfectionis remp[er]t debet à voluntate Dei. Eset autem imperfectio si Deus primò intenderet finem, utrum inuestigaret media, vt eligere ea quæ idonea sunt. Quæ imperfectio in nobis oritur ex eo quod mediorum efficaciam non satis percipiamus nisi adhibita consultatione. Deinde quia Deus non vult nobis beatitudinem nisi dependenter à medijs. Ergo eius intentio fertur simul indiuisibiliter in finem & in media.

13. Dicendum tamen est intentionem finis, formaliter sumpti vt finis est, esse actum ratione distinctum, & ordine rationis priorem electione mediorum. Probatur primò, esse distinctum: quia actus diuini distinguuntur ratione per comparationem & aequivalentiam ad nosfr[os], iuxta doctrinam D. Thomæ q. 13. art. 4. in corp. de modo distingendi attributa diuina. Atque in nobis intentio finis & electio mediorum distinguuntur: sapissime quæ fit, vt intentio finis præcedat, etiā duratione, electione mediorum. Item intentio finis versatur tantum expresse & determinatè circa finem: confusè verò tantum circum media, & indeterminatè, pro illo signo rationis, si multa sunt in media, quoram quilibet sufficiat. Electio verò versatur expresse & determinatè circa medium unum aut plura: ergo illi actus sunt diuersi, quandoquidem tendunt diuerso modo in objectum.

14. Probatur secundo intentionem finis esse priorem electione mediorum: quia finis quæ intentus formaliter vt finis, est causa magnitudinis cur elegantur media. Ac sicut id quod per se cognoscitur, & est motuum cognoscendi aliud, est præcognitum ordine rationis, saltem à quo: ita quod per se experitur, & est motuum experendi aliud, est prius experientum ordine rationis saltem à quo: Dixi augem in conclusione, intentionem finis formaliter vt finis: quia non nego id quod est finis materialiter sumptum, & id quod est medium, simili modo sumptum materialiter, posse amari eodem actu propter se, sine ordine rationis, per modum torius cuiusdam obiecti, sine aequalitate virtutis partis ad alteram. Sed hoc non est amare finem vt finem, & media vt media. Sicut cognoscere eodem actu veritatem materialē antecedentis, & conclusoris per se immediatè, non est cognoscere præmissas vt præmissas formaliter, id est, vt fungentes munere præmissarum circa conclusionem.

15. Ad primum argumentum contraria sententia Respondeo nullam esse imperfectiōnem, in eo quod actus simplex diuina voluntatis, quia rea, id est intentio finis & electio mediorum, aequivalat duobus actibus creaturarum, quorum unus est intentio finis, alter est electio mediorum. Neque propterea Deum consultare de medijs, quasi ignoret eorum efficaciam: sed tantum illum

actum, ratione suæ perfectionis & amplitudinis, præbere nobis fundamentum sufficiens præscindendi & considerandi ipsum quatenus respondet intentioni voluntatis creata, non expressè & determinatè versanti circa media; abstrahendo ab eo quod idem actus adequate consideratus secundum totam perfectionem, quam à parte rei habet, est etiam voluntio expressa & determinata mediiorum.

Dices hoc ipsum esse tribuere Deo magnam imperfectionem: dicere scilicet quod eius volūtas sit confusa pro aliquo instati rationis: quemadmodum dicere quod cognitionis Dei sit confusa pro aliquo instati rationis, est tribuere Deo imperfectionem in cognitione.

Respondeo non propterea tribui Deo imperfectionem; sed solum eius perfectionem imperfectè à nobis, & inadæquate concipi. Neque eius volūtas aut cognitionis est confusa à parte rei in vlo instanti temporis, sed tantum distinguitur à nobis per metem in duos conceptus obiectuos, unum confusum, & alterum distinctum, properè aequivalentiam ad plures actus creaturarum, quorum unus est recipi cōfusus, alter distinctus, et unus cadit confusè in aliquod obiectu, in quod alter cadit distincte. Ita qui melius in Incarnatione philosophantur, dcentque Christū fuisse decretum ante peccatum; dicunt pro illo signo rationis non fuisse decretum determinatè vt venturum in carne passibili, neque vt venturum in carne impassibili; sed priorem modum fuisse determinatum ratione posterius, et prævisione peccati. Quare decretū Incarnationis pro priori signo rationis fuit indeterminatū & confusū quoad modū veniendi, & Deus vi illius decreti nō cognovit venturū esse distincte hoc aut illo modo, sed cōfusus & indeterminatè alterutro.

Ad secundum argumentum Respondeo licet intentio finis feratur indiuisibiliter in media necessaria (volumes enim finem vt aliquid quibilem per media) & similiter electio mediorum feratur indiuisibiliter in finem, volumus enim media propter finem: neq; pollicit in illo actu præscindi aliqua ratio, quæ sit distincte, præcisè volūtio finis sine medijs, aut medium fine fine: aliter tamē feratur intentio circa finem & media, & aliter electio. Nam intentio feratur expresse & determinatè in finē: confusè verò & indeterminatè versatur circa media è pluribus eligibilia. At electio feratur in ipsa media distincte & determinatè. Item intentio feratur in finem tanquam primus motus voluntatis, & principiū totius negotij. Electio verò feratur in media propter finem, tanquam inseruens intentioni, & ab illa ducens originem.

Instabis, quia si distinguimus in Deo intentionem finis ab electione mediorum, propter aequivalentiam actus diuina voluntatis ad intentionem & electionem creata: ergo etiam vslus in Deo distingui debet ab electione, quoniam actus ille diuina voluntatis æquæ responderet vslui, sive actu distincto, quo voluntas creata applicat.

Electio  
mediorum  
præfici-  
nationis  
non differt  
ab illi in  
Deo.

potentiam executiua, aut aliam sibi subiectam, ad operandum.

Respondeo ideo in nobis distingui vsum ab electione mediorum, quia cum postea applicamus ad opus potentiam executiua, egenus nouo actu & impulso efficaciter voluntatis, distincto ab electione qua iam præteriit. At electio efficax medijs, seu volitio efficax illud in tempore exhibendi & applicandi omnipotentiam ut exhibeat, manet in Deo æterna & immutabilis, & mox se sola efficaciter omnipotentiam eo instanti quo degreditur operari. Quare non præbet nobis fundamentum concipiendi illam applicationem per modum actus voluntatis ratione distincte ab electione mediorum, sicut in creaturis vpus distinguitur realiter ab electione præterita, & destinatione extendi tali medio, suo tempore.

Quæritur secundò, an Deus in eodem instanti rationis intendenter gloriam efficaciter omnibus prædestinatis? Affirmat Suar. lib. I. de prædestin. cap. 12. v. docet, electionem omnium saluandorum factam esse in eodem signo rationis, unum, inquam, tam Angelorum quam hominum, excepto Christo. Ratio ejus est quia inter electos nullus est ordo, propter quem quidam dicunt electi prius quam alij. Nam hic ordo potest tantum esse causalitatis: & in praesenti deberet esse ordo finis, & eius quod ordinatur ad finem, quia versamur circa ordinem intentionis. Vnus autem electus non est finis gloria alterius, sed omnes immediate ordinantur ad gloriam Dei & Christi. Deinde Deus intendit regnum electorum per modum vniuersitatis corporis, seu ciuitatis celestis. Ergo simul intendit omnia membra, ex quibus tale corpus constat. Nam ex eorum multitudine & varietate, totius corporis pulchritudo resultat.

Contrarium tamen verum esse existimo. Nam intentio, seu voluntas dandi gloriam, non fuit efficax, nisi prævisa perseverantia vel bono statu finali. At qui aliquorum perseverantia, vel bonus status finalis, pendet ab alijs ut prædestinatis, id est, ut sanctis & beatis cum Christo regnabitibus: quando nimirum Deus illorum precibus, consideratis ut sunt a sanctis & Beatis, suis quasi familiaribus & amicis inseparabilibus, ac templis gloria sua viuentibus, cōcedit aliquorū conuerbi, & perseverantiam auf exi- tum in bono statu. Quare sicut Christi prædestinatio fuit prior aliorum omnium prædestinatione: non solùm quia aliquorum prædestinatio refertur ad gloriam Christi tanquam capitii prædestinatorum: sed etiam quia ceteri prædestinantur propter ipsius merita: Ita sanctorum illorum, prædestinatio est prior eorum prædestinatione, qui propter illorum preces, ut sanctorum & Beatorum, eliguntur efficaciter ad gloriam, mediante conuersione, & perseverantia, aut bono statu finali, quem ipsi impetrarunt.

Addunt aliqui Angelos fuisse prius prædestinatos, quam homines: quia homines fuerunt tantum prædestinati ad reparandas ruinas Angelorum. Sed contra: primo, Angeli qui ceciderunt nunquam fuerunt efficaciter prædestinati. Secundo, non est verum homines tantum fuisse prædestinatos per accidens, ex occasione ruinæ Angelorum, ut ostendimus alibi: licet in executione impleant ruinæ illorum, quatenus occupant sedes illas beatas, quibus Angeli maii se indignes reddiderunt.

Quod autem dicitur Apocal. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: significat tantum coronam gloria pondere a perseverantia, fierique posse ut si nos leges sumus & non satis solliciti, eam non sequamur, deturque alteri, qui eam promeruerit. Non tamen ita, ut ista parent coronam gloria non sit consecuturus, si nos perseverauerimus: quodque iste non fuisse saluandus, nisi nos periremus: Deo scilicet non decernente illi efficaciter gloriam, nisi propter nostram ruinam reparandam.

Ad primum Suar. argumentum Respondeo iam probatum esse aliquem esse ordinem causalitatis inter prædestinatos, quādoquidem aliqui saluantur propter alios. Causalitatis, inquam, in genere causa efficientis moralis, quæ non tantum potest fundare prioritatem rationis, quam causalitas in genere causa finalis. Vbiunque enim est aliqua causalitas, est etiam prioritas naturæ vel rationis, in eo consistens quod vnum pendeat ab alio, vel quod vnum sit ab alio, non vice versa. Addo utrumque ordinem causalitatis, efficientis, & finalis, sic reperiri posse. Si nimirum Deus non modò propter preces Beati ut Beati, velut causaliter moraliter efficientem, id est, inducentem ad opus, det alicui conuersionem & perseverantiam; verum etiam hoc faciat ad illustrandam gloriam Beati; in quem finem solet Deus edere miracula in gratiam Sanctorum facta.

Ad secundum Respondeo primò, eodem argumento, si valeret, probari, ne Christum quidem fuisse prius alijs prædestinatum, quod est contra Suarem ipsum. Etenim Christus est vnum è membris illius corporis, iuxta illud Cor. 12. 27. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et pulchritudo illius resultat ex multitudine & varietate omnium membrorum, capitis que præcipue. Respondeo secundò, licet Deus intendenter regnum electorum per modum vniuersitatis corporis, non sequitur aequaliter aut aquæ primò intendisse omnia illius membra. Poruit enim sequare aliquem ordinem dignitatis, atque etiam causalitatis: sicut re ipsa seruauit inter Christianum & reliquos electos. Sic etiam illi orat pro terra aliqua communitate per modum vniuersi, orat magis pro illis quibus magis in ea præcipui sunt, & à quibus illius salus & bonum magis penderet. Et qui amat conuenienter rectoque

Angelorum  
fuerunt  
prius pre-  
destinari,  
quam ho-  
mines.

Potest esse  
aliquis ot-  
do causal-  
tatis inter  
prædesti-  
natos.

Dens non  
intendit  
gloriam  
efficaciter  
omnibus  
prædesti-  
natis, in  
eodem in-  
stanti ra-  
tionis.

ordine totam aliquam communitatei per modum *vniuersitatis*, magis amat eos qui in illa magis amandi sunt secundum eorum ordinem in *bono communione*. Magis, inquam, virtualiter, sicut expresse non distinguat illos ab aliis: Ut docet S. Thom., quæst. 3. *Suppl.* art. 3. ad 2.

24.  
Electio  
omnium  
mediorum  
non fuit  
facta in eo-  
dem signo  
rationis.

Quare certidem, an electio omnium mediorum sit facta in eodem signo rationis? Respondeo negatiue. Multa enim fuerunt electioe x occasione, & præfusione boni vel mali usus aliorum mediiorum. Ut v.g. medium ad agendam pœnitentiam non fuit electum nisi ex occasione peccati commissi, eiusquæ præfusione: & interdum resistentia facta præribus medijs, est causa cur Deus det alia efficaciora. Elegit autem ab æternō eo modo, quo dat in tempore. Sie Paulum, contumacium recalcitrantem, conuerxit potentiore miraculo Actor. 9. Et Exod. 4. v.8 & 9. Deus Moysi si loquitur. *Si non crediderint tibi, neq; & audierint sermonem signi prioris, credent verbis signis sequentiis.* Quo si nec duabus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quicquid hys feris de fluvio, vertetur in sanguinem. Vbi vides Deum addere miracula tracutis, ob fidem negatam prioribus, & duritatem cordis ad credendum. Multo autem magis consusus mediiorum solet esse causa, vt Deus alia & maiora suppeditet, iuxta parabolam decem minarum Luc. 19. v. 12. & sequentibus. Multa etiam impetrantur per precia, & alia bona opera, vt merita de congruo. Multa dantur propter ius acquisitionis in usu Sacramentorum, ad auxilia eorum fini convenientia. Multo item propter ipsam iustificationem, & gratiam sanctificantem, cui debentur connaturaliter auxilia vita illi supernaturali proportionata. Multa denique ob preces aut merita aliorum, atque etiam non raro ex occasione peccati & malitia illorum. Interdum enim mouentur à Deo ad peccati detestationem vehementer, visu peccati alieni surpresa, vel ad confpectum pœnarum quas subit.

25.  
Vt neque  
etiam elec-  
tio, sed i-  
rerum que-  
nuus est.

Sic etiam electio totius seriei, quæ ab initio mundi usque ad finem decurrit, non fuit facta in eodem signo rationis, neque unius actu per mentem indivisibilis, & eiusdem rationis. Quædam enim Deus voluit, quædam noluit, & tantum pœnitit. Item quædam amauit, quædam odit. Aliqua expetiunt antecedenter, alia consequenter. Nonnulla absolute, alia conditionate. Quædam efficaciter, quædam simplici affectu desiderij. Ex gr. voluit Deus antecedenter, & quidem efficaciter, propter suam bonitatem & ad se communicandum, mundum creare, in eoque homines & Angelos constitutere, & ad finem supernaturalem os ordinare, quem etiam omnes antecedenter expetiuit, sed non efficaciter & absolvit. Concedenter vero voluit efficaciter & absolvit finem illum omnibus quos prævidit usus medijs, vel habitueros conditions quas requisiuit. Pœnam

verò & damnationem æternam per se odit, neque per se absolue intendit aut intendere potuit: alioqui peccatum voluntis, sine quo pœna & damnatio propriæ dictæ effonequit. Qui enim finem aliquem absolutè & efficaciter intendit: vult necessariò omnia media fine quibus est impossibile consequi finem. Alioqui vellet simul, & non vellet, efficaciter & absolvit. Veller, vt supponimus: non veller, quia non vult ea sine quibus impossibile est. Et id quod consequi vult absoluē & efficaciter. Quare siquæ Deus non potest velle peccatum: ita neque potest antecedenter & absolvit intendere id quod sine peccato esse nequit, cuiusmodi est pœna & damnatio impij, cuius impietatem odit, & ad eam permisit tanquam habebat. Contrà verò, iustorum bona opera expetiuit, & ad ea procuranda media constiuit. Item quadam verè voluit, sed per modum simplicis desiderij patientis permissionem oppositi; ut plurima qua præcepit vel consuluit: quadam omnino efficaciter & absolvit, & munifici creationem, Incarnationem Verbi, aliaq; id genus. Quædam respexit ut fines, alia ut medijs, alia ut subiecta medijs ad fines.

### SECTIO III.

De primo actu diuina voluntatis prædestinantis, qui est intentio: & primò a Deus omnibus creaturis intellectualibus salutem expectaverunt apudcedenti voluntate?

R Espondeo affirmatiue. Ita ut ante pecatū 26. præfusionem, Deus neminem reprehauerit, ne quidem negatiue, non volendo illi beatitudinem, & multo que minus voluntate salutem ordinauerit, licet non pœnitentia voluntate, ut non compatiatur permissioni oppositi: efficaciter tamen secundum quid, & eis usque ut media valida constituerit per quam salutem consequerentur omnes, nisi malitia, vel negligencia creaturarum obstat.

Probatur efficaciter ex 1. Tim. 2. *Vult omnes homines salvos fieri, & ad agitatem veritatis venire.* Vbi serpō quidem est de hominibus: sed non fuit deterius conditio Angelorum, qui pariter omnes ad gloriam ordinati fuerunt: sive quia fuerunt satificati in instanti sua creationis: sive quia ad salutem & instantem vocati: sive quia in eum finem creati omnes, sicut & jī qui remanerunt, & re ipsa finem illum consecuti sunt. Quod autem Paulus locutus est vniuersim de omnibus hominibus, patet primò ex vniuersali locutione, *Vult omnes homines salvos fieri*, quæ locutione sine necessitate non est res stringenda. Secundò, ex duplice probatione, quam Paulus subiungit. Prima est, quia unus est Deus omnium. Quo nomine cura & prouidentia paterna in omnes designatur. Secunda quia, unus est mediator Dei & hominum, hoc Christus.